

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Beneficiencia siue beneficium x
cum fonte primo

In beneficio
tempus, locum, personam quisque obseruet
quia momentis quedam grata et ingrata sunt.
Quanto enim acceptius est,
si id damus quod quis non habet,
quam cuius copia habundat,
et quod diu querit nec inuenit,
quam quod ubique uisurus est?

Illa quoque non erunt sine honore
que aut illi nemo alius dedit aut nos nulli alii.

Seneca III. de beneficiis.

Sit in beneficio sensus communis;
tempus, locum obseruet, personas,
quia momentis quaedam grata et ingrata sunt.
Quanto acceptius est,
si id damus, quod quis non habet,
quam cuius copia abundat?
quod diu quaerit nec inuenit,
quam quod ubique [que] uisurus est?
Munera non tam prestiosa
quam rara et exquisita sint,
quae etiam aput diuitem sui locum faciant,
sicut gregalia quoque poma
et post paucos dies itura in fastidium delectant,
si prouenere maturius.
Illa quoque non erunt sine honore,
quae aut nemo illis alius dedit aut nos nulli alii.

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*, 1.12.3-4
(F. Préchac ed., vol.1, pp.20-1).